UNIVERSITÄTS
BIBLIOTHEK
WUPPERTAL

BERGISCHE
UNIVERSITÄT
WUPPERTAL

# Universitätsbibliothek Wuppertal

## Demosthenis Et Aeschinis, Principum Græciæ Oratorum Opera

### Demosthenes

### Aureliae Allobrogum, 1607

Orationis Adversus Leptinem enarratio

**Nutzungsrichtlinien** Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.
Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

urn:nbn:de:hbz:468-1-1565

Visual Library

# ΕΙΣ ΤΟΝ ΠΡΟΣ ΛΕΠΤΙΝΗΝ ΠΕΡΙ ἀτελείας Δημοσθένους λόγον ἐξήγησις.

Ἄνδρες δικασταί, μάλιστα μὲν εἵνεκα τοῦ νομίζειν συμφέρειν τῇ πόλει λελύσθαι τὸν νόμον, εἶτα καὶ τοῦ παιδὸς ἕνεκα τοῦ Χαβρίου, ὡμολόγησα τούτοις,* ὡς ἂν οἷός τε ὦ συνερεῖν.) Πᾶσα δευτερολογία, ἐπ' ἔλαττον ἀσχολεῖται περὶ τὰς προοιμιακὰς ἐννοίας. ὑπερεικῶς γὰρ τὰ λυποῦντα θεραπεύεται παρὰ τῶν λαγχανόντων τοῦ λέγειν τὴν προτέραν χώραν. τῶν δὲ δευτερολογιῶν ἐστὶ διαφορά. αἱ μὲν γὰρ αὐτῶν εἰσὶν ἐπίλογοι μόνον, ὥσπερ οἱ κατὰ Ἀριστογείτονος, προαγωνισαμένου Λυκούργου, καὶ μικρά, μᾶλλον δὲ οὐδὲν καταλιπόντος εἰς ἀπόδειξιν τῶν πραγμάτων τῷ ῥήτορι. αἱ δέ, ἐπ' ἔλαττον μὲν ἔχουσι τὸν ἀγῶνα, ὥσπερ ὁ κατὰ Ἀνδροτίωνος· διὰ τὸ μὴ πολὺ διαφέρειν κατὰ τὴν ἐν τοῖς λόγοις ὑπόληψιν Διοδώρου Εὐκτήμονα. ἡ δὲ νῦν ἐξεταζομένη δευτερολογία, σχεδὸν τὰ ἀναγκαιότατα τοῦ ἀγῶνος συμπεριλαβοῦσα ἔχει, ὡς δείκνυται ἐκ τῆς ἐργασίας. διὰ ταύτην τὴν αἰτίαν, βραχὺ καὶ τὸ προοίμιον ὄν, ἐμφαντικὸν γέγονε τῶν ἀναγκαιοτάτων δύο κεφαλαίων, τοῦ τε συμφέροντος, καὶ τοῦ δικαίου. ἃ δὴ καὶ κατωνόμασε. τὸ μὲν οὖν συμφέρον, ἐν οἷς ἔλεξεν ἕνεκα τοῦ νομίζειν συμφέρειν τῇ πόλει· τὸ δὲ δίκαιον, διὰ τῆς συνηγορίας τῆς ὑπὲρ Χαβρίου παιδός, δεδήλωκεν. ἐμνημόνευσε δὲ καὶ τοῦ νομίμου ἐν ταυτῷ. διὰ μὲν οὖν τοῦ νόμου τὸ νόμιμον· διὰ δὲ τοῦ συμφέροντος, τὸ λυσιτελοῦν τῇ πόλει· διὰ δὲ τοῦ Χαβρίου παιδός, τὸ δίκαιον.

Εἶτα καὶ τοῦ παιδός.) ἀπολαυέτω φησὶ τοῦ κοινοῦ συμφέροντος, καὶ ὁ παῖς τοῦ εὐεργέτου· ὀνίνησιν ἡ γραφὴ τὴν πόλιν ὅλην, καὶ τοῦ στρατηγοῦ τὸν υἱόν. τὸν δὲ Χαβρίαν ὀνομάζει, κρύπτων τοῦ παιδὸς τὴν προσηγορίαν· ἤτοι ὅτι νέος ἦν κομιδῇ, καὶ οὐδὲν τέως ἔπραξε, καὶ διὰ τοῦτο οὐκ ἦν αἰδέσιμος τοῖς ἀκούουσι, καὶ εἰκότως αὐτὸν ἀπὸ τοῦ γεγεννηκότος κοσμεῖ, καθάπερ τινὰ κλῆρον προσάπτων· ἢ συμπλάττων τὸ γέρας αὐτῷ. πρέπον οὖν ἡγήσατο ἀπὸ τοῦ στρατηγήσαντος καὶ κεκοσμημένου ταῖς παρὰ τῆς πόλεως τιμαῖς, καὶ ἐνδοξοτέρου, τὴν συνηγορίαν ποιήσασθαι. διὰ γὰρ τὸν πατέρα, καὶ ὁ παῖς λαβεῖν ἀγωνίζεται. ὅτε μὲν οὖν οἱ παῖδες ἐνδοξότεροι τῶν πατέρων εἰσίν, ἀπὸ τῶν παίδων πολλάκις ἐπὶ τοὺς πατέρας ἡ φιλοτιμία χωρεῖ. ὅτε δὲ οἱ πατέρες διδόασι τοῖς παισὶ σεμνύνεσθαι· τότε ἀπὸ τῶν ἐνδόξων ἐπιχειρητέον. οὔπω γὰρ στρατηγὸς ὁ Κτήσιππος, οὐδὲ λαμπρὸς ἐν κατορθώμασιν. εἰκότως οὖν ἀπ' ἐκείνου μᾶλλον ἡ μνήμη, οὐ γὰρ ὅτι ἄσωτος ἦν ὁ παῖς, ὥς φασί τινες, ἔκρυψε τὴν προσηγορίαν. εἰ γὰρ τοῦτο ἦν, οὐκ ἂν ὅλως ἦγεν εἰς ὄψιν. νῦν δὲ νομοθετεῖ, καὶ παρέστηκε. καὶ πάντως ὄψις ἀκοῆς ἐναργεστέρα. Ὡμολόγησα τούτοις.) τοῖς περὶ τῆς ἀτελείας κινδυνεύουσιν, ἤ, ὥς φασί τινες Φορμίωνι καὶ Ἀφεψίωνι, ἀντεισφέρουσι τὸν ἀμείνω νόμον. υἱὸς δὲ Βαθίππου ὁ Ἀφεψίων ἑλόμενος τὴν γραφὴν ὡς διάδοχος τοῦ πατρός. εἶτα ἰδιώτης ὤν, συνήγορον τὸν Φορμίωνα ἐκάλεσεν.

Ὡς ἂν οἷός τε ὦ.) Τὸ κατὰ δύναμιν εἰσφέρω φησί· μὴ ζήτει τὸ πλέον. Ἔστι δ' οὐκ ἄδηλον.) Τεχνικὸν θεώρημα παρέδωκεν ἡμῖν ὁ ῥήτωρ ἐν τῷ κατ' Ἀνδροτίωνος, ἐν τῷ περὶ στεφάνου, κἀνταῦθα. εὐθὺς γὰρ μετὰ τὰς προοιμιακὰς ἐννοίας, ἄρχεται τῶν ἀντιθέσεων. διὰ μὲν δὴ ταύτην τὴν αἰτίαν, ἐκ τῶν ἀντικειμένων ἄρχεται. δύο δὲ προκειμένων κεφαλαίων, τοῦ τε δικαίου καὶ τοῦ συμφέροντος, ἀπὸ τοῦ συμφέροντος ἄρχεται. χωρεῖ δὲ μᾶλλον ἐπὶ τὸ δίκαιον. ὅτι λυπεῖ μᾶλλον αὐτὸν τὸ συμφέρον, πλείστην ἰσχὺν παρέχον Λεπτίνῃ

# A ORATIONIS ADVERSVS LEPTINEM DE IMMVnitate enarratio, Hieronymo Vvolfio interprete.

EGo, Iudices, in primis, quòd è republica eſſe cēſeo, Leptinæ legem abrogari: deinde etiam propter Chabriæ filium, promiſi me his, quoad poſſim patrocinaturum.) Omnis ſecundo loco habita oratio, minus occupatur ſententiis exordiorum. Incommoda enim ferè per eos remouentur, qui primum dicendi locum ſortiuntur. Secundanæ autem orationes ſunt variæ. Nam earum aliæ ſunt perorationes duntaxat, vt Ariſtogitonianę: in quibus Lycurgus, cui primæ partes obuenerant, pauca, vel nihil potius ad probandam cauſam reliquerat oratori: aliæ * minus
B in cōfirmatione verſantur, vt Androtioniana: quòd opinione eloquentiæ non multum excellit Diodorum Euctemon. Hæc verò, qua de nunc agitur, ſecundana oratio, maximè ferè neceſſarias cauſæ partes complectitur: vt oſtendit ipſa tractatio. Qua de cauſa, quamuis breue exordium ſit, tamen ſignificationem habet maximè neceſſariorum duorum capitum, vtilis & iuſti: quę etiam nominat. Nam vtile attingit, cum dicit, eò quòd exiſtimo eſſe è republica: Iuſtum, in patrocinio Chabriæ filij ſignificat, meminit & legitimi in eodem: ac per legem legitimū: per vtilitatem reipublicæ, vtile: per Chabriæ filium, iuſtum innuit. Deinde etiam filij.) Referatur, inquit, vnà cum publica vtilitate, etiam benemeriti viri filij gratia. Prodeſt accuſatio hæc toti ciuitati, & imperatoris filio. Chabriam autem nominat, occultato filij nomine, quod admodum erat adoleſcens, & nihil adhuc geſſerat, proptereáque nihil autoritatis habebat apud auditores. nec ab re eum ornat à parēte, tanquam hæreditatem ei tribuens, aut præmium in eum conferens. Decere igitur cenſuit, patrociniū referre ad virum imperatorium, & honoribus ornatum à republica, & celebriorem. Propter patrem enim etiam filius honorem ſibi habendum eſſe contendit. Cum enim maior eſt filiorum quàm patrum
C autoritas: à filiis ſæpe ad patres meat honos. Cum verò patrum laudibus gloriari filiis licet: argumenta ſumenda ſunt à celebrioribus. Nondum enim Cteſippus imperator eſt, nec rebus geſtis clarus. Rectè igitur Chabriæ potius fit mentio. Non enim quòd luxu perditus eſſet filius, vt quidam aiunt, occultauit eius appellationem. Id enim ſi verum fuiſſet: omnino eum in conſpectum non produxiſſet. Nunc is legem fert & aſtat: quamuis omnino viſus auditu ſit euidentior. Promiſi his.) De immunitate periclitantibus: vel, vt quidam aiunt, Phormioni & Apheſioni, meliorem legem ſubſtituentibus. Eſt autem Bathippi filius Apheſion, qui accuſationē ſuſcepit, vt ſucceſſor patris, & vt homo indoctus, aduocatum ſumpſit Phormionem.

Si potero.) Confero id quod poſſum: plura ne requirito. Non eſt autem obſcurum.) Artificium quoddam nobis oſtendit orator, in Androtioniana, in oratione de Corona, & hîc. Statim enim poſt exordiorum ſententias, auſpicatur obiectiones.* Atq; hac de cauſa ab obiectionibus orditur. Cum verò duo capita ſint propoſita, iuſtum & vtile: ab vtili quidem orditur, ſed magis ad iuſtum vadit: quòd ei obſtat vtile, maximæ Leptinam vim ſubminiſtrans:

iuſtũ aũt ex vſu eius eſt. Quapropter declinata pugna aduerſus illud caput, implicat id quod ſecum facit. neque hac ratione duntaxat id facit, ſed ob aliam etiam cauſam. Quia enim lex ipſa, quam fert Demoſthenes, ex vſu eſt Cteſippi & Aphepſionis: hoc pollicetur, datum iri actiones in eos, qui præter meritum conſecuti eſſe videantur immunitates, & ſtatim forma obiectionis commendationem legis præponit, ne ipſe rogare legem, ſed quod ad ſe attinet, à Leptine affectus iniuria, ſic demum ferre legem videatur. Dum autem ei ſe aſſentiri ſimulat, oſtendit indignum eſſe propter paucos indignos plures ſpoliari. Dum enim contendit, non relinquendã indignis immunitatem: tum maximè probat, eis qui iure habeant, eſſe relinquendam. Oſtendit etiam vrbem non de hoc periclitari tantùm, ſed & de tota republica & dignitate. Eſt enim ei vſitatum conturbare auditorem iis in locis, in quibus cauſæ metuit, & traducere ad maiores & inopinatos terrores: vt in Ariſtocratea, de Cherroneſo: in oratione de Pace, de communi bello Græcorum: in Timocratea, pro Androtione, & Glauceta, & Melanopo ferri, non pro Athenienſibus legem. ac ibi quidem inſtitutum oſtendit eſſe vitioſum: hîc ſummæ rerum iubet metui.

Siue quis alius.) Fortaſſis aduocatos & defenſores dicit.

Adeptos eſſe immunitatem.) Paraſſe ſibi & accepiſſe ob ea quæ fecerunt. Moris autem fuit apud Athenienſes, vt de Republica bene meritis varij honores haberentur, ſiue ærea ſtatua, ſiue victus in Curia, ſiue immunitas: ſed ea non omnium munerum. nunquam enim dabatur præfecturæ triremium, aut tributorum bellicorum immunitas.

Ego verò dum quoſdam.) Scripti accuſationem vrget: eum criminantem paucos, nocere vniuerſis.

Etenim dictum eſt.) à Phormione nimirum. Et ne vt accuſator ſit ſuſpectus, adiicit: Vos quoq; omnes noſtis, etiam non dicente alio, qua gratia.

Iiſdem.) Per conceſſionem aſſentitur, & à Leptine iudices alienat, & ei bellum eorum qui pro tribunali ſedent, concitat. Vſitatum enim ei eſt turbare auditorem. His enim verbis beneuolum facit propter me tum, & attentiorem, de tota Republica ſolicitudine iniicienda. Non* enim periculum iam reſpicit: ſed quærit primùm, quo pacto fugiat inſidias, cum poteſtate priuetur.

Sic etiam populum.) Neque enim in ambobus, inquit, proferre poteſt indignitatem, vt benemeritorum, ſic etiam populi. Indigni ſunt aliqui, Leptine, qui acceperunt? Eſto, accipio excuſationem. priuentur indigni. Quæ te res autem ad iſtam in populum contumeliam concitauit? eripis patriæ libertatem, ſoluis ciuitatis autoritatem,

At illud hercule.) Magna vis & artificium, ac multum acrimoniæ. Transfertur enim Leptines ab vtilitate ad aliud. Non enim legem iam fert, vt obeant munera locupletiſſimi, ſed ne populus decipiatur: vt populus omiſſa quæſtione de muneribus hoſtilem perſpiciat hominis animum, eum ait agitare præludia oligarchiæ, cum tantis bonis populum priuare contendat. Eſt autem aditus argumentationis callidiſſimè tractatus. Ne enim decipientium ſolertiæ crimen eſſet, ſed eorum qui deciperentur, ſtultitiæ probrum illud haberetur: in populum tranſtulit, quòd is, inquit, facile decipiatur.

A συναγωνίζεται δὲ αὐτῷ τὸ δίκαιον, διατέτο φυγὼν τὴν πρὸς ἐκεῖνο τὸ κεφάλαιον μάχην, πλέκεται τὸ ὑπὲρ αὐτῦ. καὶ οὐ διατέτο μόνον τὸ θεώρημα, ἀλλὰ καὶ δι᾽ ἕτερον. ἐπειδὴ γὰρ ὁ νόμος αὐτὸς, ὃν εἰσφέρει δημοσθένης ὑπὲρ κτησίππου καὶ φορμίωνος, τοῦτ᾽ ἐπαγγέλλεται, τὰ κρίσεις εἶναι κατὰ τῶν ἀναξίως δοκούντων εἰληφέναι τὰς δωρεάς· εὐθὺς ἐκ τῆς ἀντιθέσεως τὴν σύστασιν τῦ νόμου προέθηκεν, ἵνα μὴ φαίνηται αὐτὸς εἰσάγων τὸν νόμον, ἀλλὰ παρὰ λεπτίνου φαίνηται* τὸ περὶ αὐτὸν νομοθετεῖν ἀδικούμενος οὕτως. δοκῶν δὲ συμφέρειν ἔχειν, δείκνυσιν ἄτοπον ὄν, διὰ τοὺς ὀλίγους ἀναξίους ἀφαιρεῖσθαι τοὺς πλείονας. ὅταν γὰρ φιλονεικῇ, δεῖν τοῖς ἀναξίοις μὴ ἔχειν. δείκνυσι δὲ τὴν πόλιν, μὴ περὶ τούτου κινδυνεύουσαν μόνον· ἀλλὰ καὶ περὶ πάσης τῆς πολιτείας καὶ τῆς ἀξίας. σύνηθες γὰρ αὐτῷ ταράττειν τὸν ἀκροατὴν, ἐν οἷς ἂν φοβῆται τὴν ὑπόθεσιν· καὶ μετάγειν ἐπὶ μείζονας καὶ παραδόξους φόβους. ὡς ἐν τῷ κατὰ ἀριστοκράτους ὑπὲρ χερρονήσου· ὡς ἐν τῷ περὶ
B εἰρήνης, ὑπὲρ πολέμου κοινοῦ τῶν ἑλλήνων. ὡς ἐν τῷ κατὰ τιμοκράτους· ὅτι ὑπὲρ ἀνδροτίωνος καὶ γλαυκέτου καὶ μελανώπου τίθεται, καὶ οὐχ ὑπὲρ ὑμῶν ὁ νόμος. ἐκεῖ μὲν ἐκφαυλίζων τὴν προαίρεσιν· ἐνταῦθα δὲ, ὑπὲρ τῶν κυριωτάτων φοβῶν.

Κἂν τις ἄλλος.) Ἴσως τοὺς συνηγόρους καὶ τοὺς συνδίκους λέγει. Εὑρομένους ἀτέλειαν.) Περιποιήσαντας ἑαυτοῖς καὶ λαβόντας οὐκ ὧν ἐποίησαν. ἔθος δὲ ἦν παρὰ ἀθηναίοις τοὺς εὐεργέτας τῆς πόλεως λαμβάνειν διαφόρους τιμὰς, ἢ χαλκῆν εἰκόνα, ἢ σίτησιν ἐν πρυτανείῳ, ἢ ἀτέλειαν, ἀλλ᾽ οὐ πασῶν τῶν λειτουργιῶν. οὐδέποτε γὰρ ἐλάμβανον, οὔτε τριηραρχιῶν, οὔτε τῶν εἰσφορῶν τοῦ πολέμου ἀτέλειαν. Ἐγὼ δ᾽ ὅτι μέν τινων.) Τῆς τοῦ ῥητοῦ κατηγορίας ἀντιλαμβάνεται· ὅτι διαβάλλων ὀλίγους βλάπτει τοὺς πάντας. Καὶ γὰρ εἴρηται.) Ὑπὸ φορμίωνος πάντως. καὶ ἵ-
C να μὴ ὡς κατήγορος ὑποπτεύηται, προσέθηκεν ὅτι καὶ ὑμεῖς ἅπαντες, καὶ μὴ λέγοντος ἑτέρου, γνωρίζετε τίνος ἕνεκα· Τῶν αὐτῶν.) Κατὰ συγχώρησιν συνδραμὼν, συγκρούει τοῖς δικασταῖς τὸν λεπτίνην, πόλεμον αὐτῷ πρὸς τοὺς καθημένους ἐγείρων. σύνηθες γὰρ αὐτῷ ταράττειν τὸν ἀκροατήν. ἐκ τούτων γὰρ εὔνουν διὰ τὸ δέος ποιεῖ καὶ προσεκτικώτερον, περὶ πάσης τῆς πολιτείας ἐμβάλλων φροντίδας. οὐκέτι γὰρ πρὸς* τὸν κινδυνεύοντα ἀφορᾷ, ἀλλὰ ζητεῖ πρῶτον, ὅπως ἂν φύγῃ τὴν ἐπιβουλὴν, τῆς ἐξουσίας ἀποστερούμενος.

Οὕτω καὶ τὸν δῆμον.) Οὐ γὰρ ἐπ᾽ ἀμφοῖν φησὶ δυνήσεται προβάλλεσθαι τὸ ἀνάξιον, καὶ ἐπὶ τῶν εὐεργετῶν καὶ ἐπὶ τοῦ δήμου. ἀνάξιοί τινες, ὦ λεπτίνη, τῶν εἰληφότων εἰσίν; ἔστω. δέχομαι τὴν ἀπολογίαν. στερισκέσθωσαν οἱ ἀνάξιοι. τί δέ σοι κατὰ τοῦ δήμου τὴν τοιαύτην ὕβριν κεκίνηκεν; ἀφαιρῇ τῆς πατρίδος τὴν ἄδειαν· λύεις τὴν ἐξουσίαν τῆς πόλεως. Ἀλλὰ νὴ Δί᾽ ἐκεῖνο.) Πολλή τις ἔμφασις καὶ δεινότης, καὶ πολὺ τὸ πικρόν. μετενήνεκται γὰρ ὁ λεπτίνης ἐφ᾽ ἕτερον ἀπὸ τοῦ συμφέροντος. οὐκέτι γὰρ ἵνα λειτουργήσωσιν οἱ πλουσιώτατοι τέθεικε τὸν νόμον· ἀλλ᾽ ἵνα μὴ ἐξαπατᾶται ὁ δῆμος· ἵνα ὁ δῆμος, φησὶν, ἀποστὰς τῆς περὶ τῶν λειτουργιῶν ζητήσεως, κατίδῃ τοῦ ἀνδρὸς τὴν δυσμένειαν· καὶ ὡς ὀλιγαρχίαν προοιμιάζεται, τοσούτων ἀγαθῶν αὐτοὺς ἀποστερεῖν ἐπειγόμενος. πεπανούργηται δὲ σφόδρα τῆς ἐπιχειρήσεως ἡ εἴσοδος· ἵνα γὰρ μὴ τῆς τῶν ἀπατώντων δεινότητος εἴη τὸ ἔγκλημα, ἀλλὰ τῆς τῶν ἀπατωμένων εὐηθείας σημεῖον ὑπάρχῃ τὸ ὄνειδος, ἐπὶ τὸν δῆμον μετέστησε, διὰ τὸ ῥᾳδίως ἐξαπατᾶσθαι φήσας.

λύει

λύει δὲ τῷ ἐξ ἀκολουθίας ἀτόπῳ, τῷ κατ᾽ ἐρώτησιν ἐλέγχῳ τὴν πλῆξιν αὐξήσας. τί οὖν κωλύει, φησί, πάντα ἀφῃρῆσθαι; οὐδὲν γάρ ἐστι τῶν πάντων, ἐν ᾧ τὸ ἀπατᾶσθαι πεφεύγαμεν. ἰστέον δὲ ὅτι ἡ δευτέρα ἀντίθεσις, ἀπὸ τῆς ἐργασίας ἀνέκυψε, καὶ ἔστιν ἀνθυποφορά. διαφέρει δὲ ἀντίθεσις ἀνθυποφορᾶς, τῷ τὴν μὲν, ἐξ αὐτῶν ἀντικεῖσθαι τῶν πραγμάτων ἡμῖν· τὴν δὲ, ἐκ τῆς ἐργασίας καὶ τῶν ἐπιχειρημάτων εὑρίσκεσθαι. ἡ μὲν οὖν προτέρα ἀντίθεσις αἰτιᾶται, ὅτι ἀνάξιοί τινες εἰλήφασι· τούτους δὲ ὁ δημοσθένους νόμος ἐκκρίνει. ἡ δὲ δευτέρα φησίν, ἐξαπατᾶσθαι τὸν δῆμον. διὰ τοῦτο δὲ ἐξ ἀντιθέσεων ἄρχεται ἵνα τῷ μὲν δοκεῖν, ἀντίθεσιν λύῃ· τῇ δ᾽ ἀληθείᾳ, προκατασκευάσῃ τῷ ἑαυτοῦ νόμῳ τὴν εἴσοδον. ἃ γὰρ λεπτίνης ἐν ταύταις μέμφεται, ἀντικρὺς ὁ τοῦ δημοσθένους λέλυκε νόμος, δοὺς κρίσιν, καὶ τοὺς ἀναξίους ἐκβαλών, οὔτε τὸν δῆμον ἐξαπατᾶσθαι συγχωρεῖ, καὶ τοὺς ἀναξίους ἐκβάλλει. οὐκ ἠδύνατο δὲ εὐθὺς ἀπὸ τῶν ἰδίων ἄρξασθαι κεφαλαίων, μὴ προκατηγορήσας τοῦ λεπτίνου νόμου.

Ἆρ᾽ οὖν θησόμεθα.) Καλόν γε. οὐ γὰρ θησόμεθα νόμον ἐπὶ καθαιρέσει τῶν νόμων. κινδυνεύει γάρ τις περὶ τοῦ παντὸς ἀπατώμενος. κόλαζε τὸν ἀπατῶντα, μὴ τὸν φενακιζόμενον τιμωροῦ. ἔχει δὲ ταῦτα τὴν ἀναφορὰν ἴσως πρὸς τοὺς δύο νόμους, τόν τε λεπτίνου καὶ τὸν παρεισφερόμενον. ὁ μὲν γὰρ λεπτίνου, ἁπλῶς ἀφαιρεῖται. ὁ δὲ ἀντεισφερόμενος διδάσκει τἀληθές, δικαστήριον καθίζων, καὶ ἀτιμάζων τοὺς ἀπάτῃ εἰληφότας. ἀψίνης δὲ καὶ ἀσπάσιος, κατὰ τὴν εἰς ἄτοπον ἐπαγωγὴν φασὶ τὸ ἐγχείρημα. ἡμεῖς δὲ λέγομεν, ὅτι, ἡ εἰς ἄτοπον ἀπαγωγὴ γίνεται, ὅταν ἐξ ἀνάγκης ἀκολουθῇ τὰ ἄτοπα τοῖς προηγουμένοις. ὅταν δὲ ἡ φύσις τῶν πραγμάτων μὴ τοιοῦτον δεικνύῃ τὸ γινόμενον· τηνικαῦτα οὐ ῥητέον τὴν εἰς ἄτοπον ἀπαγωγήν. ἐνταῦθα οὖν τὸ ἀκόλουθον ἔλαβεν ἀπὸ τοῦ ὁμοίου κατ᾽ ἐρώτησιν. οὐ μὴν ἀποδεικνύμενον διὰ τῶν ἑπομένων.

Οὐ γὰρ ἴσμεν ἀφαιρεθῆναι.) Ἐσχημάτισε πρὸς ἀμφοτέρους τοὺς νόμους τὴν ἔννοιαν. πρὸς μὲν τὸν λεπτίνου νόμον, τί ἀφαιρεῖται· πρὸς δὲ τὸν οἰκεῖον, τί διδάσκει; πῶς ἂν ὁ δῆμος ἔτι μὴ ἀπατᾶται. δείκνυσι γὰρ κρίνεσθαι τοὺς εἰληφότας. Καὶ θέσθαι νόμον.) Ὅρα πῶς ἐν τῷ δοκεῖν λύειν, καὶ τίθησι, συμπλέκων ὁμοῦ τὰ κεφάλαια, καὶ τὸ δίκαιον, καὶ τὸ συμφέρον. ἔχεις γὰρ ἐν τούτοις ἀμφοτέρων τῶν νόμων εἰκόνας· τοῦ μὲν λεπτίνου νόμου, διὰ τῆς ἀφαιρέσεως· τοῦ δὲ δημοσθένους, διὰ τῆς τῶν ἀπατώντων τιμωρίας. ὁ μὲν γὰρ ἀφαιρεῖται τελείως ἅπαντας· ὁ δέ, τοὺς παρ᾽ ἀξίαν λαβόντας ἐξελεγχθέντας τιμωρεῖσθαι προστάττει.

Πότερόν ποτε.) Κατὰ παράθεσιν ἄλλος λογισμὸς ἐκ τοῦ καθ᾽ ἑκάτερον ἀποβαίνοντος· ἵνα δειχθῇ βέλτιον οὗ εἶπε λεπτίνης ὡς φαῦλον· λέγω δὴ τὸ διδόναι τινὶ καὶ ἀναξίῳ τὸν δῆμον ἐξηπατημένον· καὶ ὅτι ἧττον αἰσχρὸν εἰς εὐήθειαν σκώπτεσθαι, ἢ πονηρίαν.

Οὐ τοίνυν ἔμοιγε.) Ἐπὶ τὴν ἐξ ἀρχῆς ἀντίθεσιν πάλιν ἐπανήγαγε τὸν λόγον. πῶς ἀκόλουθόν φησι τὴν αὐτὴν τοῖς τε κακοῖς μέμψιν, καὶ κατὰ τῶν ἀμέμπτων, καὶ ὅλως εὐεργετῶν προχωρεῖν. ἀποστερεῖ γὰρ καὶ τοὺς κἀκείνους ὁμοίως. ἐξ οὗ πάντες ἔσονται πονηροί, μηδεμίαν τιμὴν τῆς ἀρετῆς ἐχούσης. τὸν γὰρ ἐκ χάριτος μὴ δοκοῦντα εἶναι χρηστὸν· οὐκ ἔνι δήπουθεν ἀτιμασθέντα γενέσθαι σπουδαῖον. ἐκαινοτόμησε δὲ τὴν μέθοδον. ἄνωθεν μὲν γὰρ ἐξήτασε τοὺς ἀναξίους καὶ τοὺς ἀξίους· ἐνταῦθα δέ, κατὰ μόνον τῶν ἀναξίων πληροῖ τὴν ἔννοιαν.

A Soluit autem conſequente abſurdo, & interrogatione impetum refutationis auget. Quid igitur prohibet, inquit, quo minus eripiantur vobis omnia? Nihil eſt enim rerum omnium, in quò ſimus extra impoſturæ pericula. Sciendum autem eſt, alteram obiectionem è tractatione emerſiſſe, & eſſe anthipophoram. Differt autem antitheſis ab anthypophora, quòd altera ex ipſis rebus nobis obiicitur , altera è tractatione & argumentationibus reperitur. Prior igitur obiectio cauſatur, indignos quoſdam immunitatem accepiſſe. Eos verò Demoſthenis lex repudiat, poſterior ait populum decipi. Propter hoc autem ab obiectionibus orditur, vt, cum obiectionem refutare videatur: re vera ſuæ legi præparet aditum. Quæ enim Leptines reprehendit, ea palàm Demoſthenis lex abrogat , data actione, & indignis reiectis. Sic neque populum decipi ſinit , & indignos repudiat. Neque verò ſtatim potuit à propriis auſpicari capitibus , niſi prius Leptinæ legem accuſaſſet.

B Nunquid feremus.) Bene ſanè. Non enim feremus legem ad abrogandas leges. Quod ſi quis deceptus de ſumma rerum periclitatur: puni decipienté, non vlciſcere eum qui decipitur. Referuntur autem hæc ex æquo ad duas leges, tum Leptineam, tũ quæ ei ſubſtituitur. Nam Leptinæ lex ſimpliciter eripit. Ea verò quæ ſubſtituitur, verum docet, iudicio conſtituendo, & honore adimendo iis, qui fraude ſunt conſecuti. Apſines & Aſpaſius argumentum hoc tractatum eſſe dicunt ducendo ad abſurdum. Nos verò aſſerimus, tum ad abſurdum duci aliquid, cum ad ea quæ præceſſerunt, abſurda neceſſariò conſequuntur. Cum verò natura rerum, non eſſe talem rem oſtendit : tum non dicendum eſſe , duci ad abſurdum. Hic igitur conſequens ſumpſit à ſimili per interrogationem , quod tamen non demonſtratur per ſequentia.

C Neque enim æquum eſt nobis eripi.) Accommodat ſententiam ad vtramque legem, ad Leptineam, quid ea auferat: ad ſuam, quid doceat, quopacto populus deinceps non decipiatur. Oſtendit enim in iudicium adducendos eſſe, qui ſint immunitatem conſecuti.

Et ferendam legem.) Vide, vt cum abrogare videatur, roget, implicando ſimul & iuſtum & vtile. Habes enim in his vtriuſque legis imagines: Leptineæ, per ereptionem : Demoſthenicæ, per impoſtorum ſupplicium. Nam ille prorſus omnes ſpoliat: hic eos qui conuicti fuerint, ſe pręter dignitatem accepiſſe, puniri iubet.

Prius aliquando. Per comparationem alia ratiocinatio, ex alterius euentu, vt oſtendatur id eſſe melius quod Leptines tanquam malum commemorauit: illud, inquam, vti det aliquid populus indigno etiam alicui, deceptus: &, minus eſſe turpe probrum ſimplicitatis, quàm improbitatis.

Non mihi ſanè.) Ad primam obiectionem denuò refert orationem. Quî conuenit, inquit, vt eadem improborum reprehenſio etiam in inculpatos, ac denique benemeritos valeat ? Spoliat enim & hos & illos ex æquo. Vnde omnes fient improbi, ſi nullus virtuti honos habebitur. Qui enim beneficio accepto , ſe bonum virum non præbet: is vtique ſi honore priuetur , non poterit fieri vir bonus. Tractat autem hunc locum noua ratione. Suprà enim conſiderauit dignos & indignos : hic autem contra ſolos indignos perorat:

remota dignorum indagatione, improbos ipſos per ſe conſiderans.& eſt hæc ſententia, concluſio vtriuſque obiectionis. Iam illud etiam.) Abſoluto iuſto, orditur ſententiam vtilitatis. ſed quia neque ducis neque artificis eſt, firmiſſima præſidia aduerſariorũ inuadere: ſed arte vti quanta maxima poteſt, & calliditatibus ſuperare: ſuffuratur hic iam ingreſſum, vt lateat auditorem, dum ad ipſa negocia iam infirmata eum ducit: vt cum obiectio ab vtili poſita fuerit, auditor obiectionem dãnet, ductus iis quæ dicta ſũt. Si enim Leptines dicere conabitur, munera nunc ad pauperes homines rediiſſe, tum verò ditiſſimos munera obituros: antè ſoluendo & præparando oſtẽdit, cum neque multos paraturum: & legem eis dediſſe immunitatem: vt auditores ex obiectione nihil vtilitatis reperire poſſint.

Quare dimidium.Extenuat honorem, & vilem facit honorificam illam, vt nominatur, immunitatem parte eius aliqua illis etiam data, qui non ſint benemeriti: & partem exiguam eſſe reliquam, quæ addita ſit benemeritis.

Et cuius omnes ſunt participes.) Ad verecundiam eorum qui acceperunt, auditores allicit, vt abſurditatem ereptionis oſtendat. Appoſitè autem cum Leptine diſputat. Multiplex enim eſt hic vir, & pro varietate rerum & ipſe variat. Cum enim concitari populi odium eſt opus, acerbè diſſerit: cum verò conciliandus eſt aliquis, tum vtique remiſſe. Quin & cũ auditoribus eodem modo agit: cum ad eos redeat ſumma *comparationis. Quos quia cogere non poteſt: ad verecundiam eorum qui acceperunt, allicere vult. Ita ſuaſio paſſim inſeritur, ac potiſſimum in laudationibus, in quibus concluſiones lenioribus affectionibus conſtant: Neque per ſe, inquit, honeſtum eſt, neque moribus Atticorum congruit. Etſi enim ad nos aliqua rediret vtilitas: at mentiri, exiſtimationem minuit. An verò turpe non eſt.) Argumentum à minori, quo auget probrum. Cum enim adminiſtrationi Reipublicæ à mendaciis abhorrenti ſtudeatis eò vſque, vt ad res venales etiã ea pertineat: quî conuenit, honores vos doloſe tribuere? ac in iis quæ nihil habent incommodi, periculum cauere: in eo autem quod eſt detrimẽto plenum, facinus audere?

Neque enim niſi pecuniam.) Hoc à maiori eſt. Solent enim ſe mutuò conſequi ambo argumenta, à minori ſumptum, illud quòd à maiori ſumitur. & cõtrà eodem modo. Cum autem vtilitati non poſſet opponere aliam vtilitatem pecuniariam & lucroſam: celebritatem & gloriam conatur pecuniario quæſtui anteferre. Paulo pòſt autẽ oſtendet, ne lucrum quidẽ accedere. Neque vos ſolum.) Alius locus ad idẽ pertinens argumentum à maiori. Cum autem pluribus locis abundat, eis non parcit. Eſt autem prior locus enthymematis, hic exempli.

Dicunt pecunias. ) Exemplum hiſtoricum eſt ad fidem ſuperioribus faciendam adhibitum. Quantum autem habeat & artis & gratiæ, conſiderare eſt operæprecium: perſonam ſumpſit triginta tyrannorum, qui ciuibus moleſti fuerant: vt apparet rempublicam ſæpe pro ipſis hoſtibus impendiſſe pecuniam. Acrimonia argumentationis in hoc poſita eſt: mutuatos eos eſſe contra Rempublicam, & à quibus? Ab hoſtibus, contra eos qui fuerunt in Piræeo: hoc eſt, contra homines populares, qui Piræeum occuparant.

A ἀφελὼν μὲν τὴν τῶν ἀξίων ἐξέτασιν τοὺς φαύλους δὲ αὐτοὺς καθ' ἑαυτοὺς ἐξετάζων. καὶ γέγονεν ἡ ἔννοια, συμπέρασμα τῶν ἀντιθέσεων ἀμφοτέρων. Ἔτι τοίνυν κἀκεῖνο.) Πληρώσας τὸ δίκαιον ἄρχεται τῆς ἐννοίας τοῦ συμφέροντος. ἐπεὶ δὲ οὔτε στρατηγοῦ οὔτε τεχνίτου πρὸς τὰ ἰσχυρὰ τῶν ἀντιτασσομένων χωρεῖν ἀλλὰ μεθοδεύειν, ὡς ἔνι μάλιστα, καὶ ταῖς μεταχειρήσεσι περιγίνεσθαι κλέπτει ἐντεῦθεν ἤδη τὴν εἴσοδον ἵνα λάθῃ τὸν ἀκροατήν, ἐπ' αὐτὰ τὰ πράγματα, ἀσθενῆ γεγενημένα, ἄγων ἵνα ὅταν ἡ ἀντίθεσις ἀπὸ τοῦ συμφέροντος τεθῇ; ὁ ἀκροατὴς καταγνῷ τῆς ἀντιθέσεως, ἐκ τῶν εἰρημένων ἠγμένος. τοῦ γὰρ Λεπτίνου πειρωμένου λέγειν, ὡς αἱ λειτουργίαι, νῦν μὲν εἰς πένητας ἀνθρώπους περιήκουσι· τότε δὲ λειτουργήσουσιν οἱ πλουσιώτατοι· προλύων καὶ προοικονομῶν, δείκνυσιν, ὅτι οὔτε πολλοὺς περιποιήσει, καὶ ὅτι ὁ νόμος ἔδωκεν αὐτοῖς τὴν ἀτέλειαν. ὥστε μηδὲν ἔχειν τοὺς ἀκούοντας εὑρίσκειν ἐκ τῆς ἀντιθέσεως ὄφελος.

B Ὥστε τὸ ἥμισυ.) Σμικρύνει τὸ γέρας, καὶ εἰς εὐτέλειαν κατάγει, τὴν σεμνὴν ὀνομαζομένην ἀτέλειαν, μέρος μὲν αὐτοῖς καὶ τοῖς οὐκ οὖσιν εὐεργέταις διδούς· μικρὰν δ' ἔτι λοιπὸν προστεθεῖσθαι φάσκων τοῖς εὖ πεποιήσασιν.

Εἶθ' ἧς πᾶσι μέτεστιν.) Εἰς αἰδῶ τῶν εἰληφότων τοὺς ἀκούοντας ἐκκαλεῖται, ἵνα τὴν ἀτοπίαν τῆς ἀφαιρέσεως δείξῃ. ἠθικῶς δὲ πρὸς τὸν Λεπτίνην διαλέγεται. πολύτροπος γὰρ ὁ ἀνήρ, καὶ πρὸς τὴν τῶν πραγμάτων φύσιν συμμεταβάλλεται. ὅταν μὲν γὰρ δέῃ συγκροῦσαι τῷ δήμῳ, τότε πικρῶς διαλέγεται. ὅταν δὲ πρὸς αὐτόν, τότε δήπουθεν ὑφειμένως. καὶ πρὸς τοὺς ἀκροατὰς δὲ παραπλησίως, ἐπειδὴ εἰς αὐτοὺς ἥκει τὸ κεφάλαιον τῆς συγκρίσεως· καὶ βιάσασθαι μὲν οὐ δύναται, ἐκκαλέσασθαι δὲ εἰς αἰδῶ τῶν εἰληφότων βούλεται. οὕτω τὸ συμβουλευτικὸν ἐμπλέκεται πανταχοῦ καὶ μάλιστα ἐν τοῖς ἐγκωμίοις, ἐν οἷς τὰ συμπεράσματα ἠθικά. οὔτε τῇ φύσει καλόν φησιν, οὔτε τῷ ἤθει τῆς Ἀττικῆς ἁρμόττον. εἰ γὰρ μέλλομεν ὠφελεῖσθαι,

C ἀλλὰ τό γε ψεύδεσθαι ἀλυσιτελὲς εἰς δόξαν.

Πῶς γὰρ οὐκ αἰσχρόν.) Ἐπιχείρημα ἀπὸ τοῦ ἐλάττονος, δι' οὗ αὔξει τὸ ὄνειδος. πολιτείαν γὰρ ἀψευδῆ μέχρι καὶ τῶν ὠνίων διώκοντες, πῶς δολερῶς κατασκευάζετε τὰς τιμάς; ἐπὶ μὲν τῶν οὐκ ἐχόντων τι βλαβερόν, τὸ δεινὸν φυλαττόμενοι· ἐπὶ δὲ τῆς ζημίας μεστοῦ, τὴν πρᾶξιν τολμῶντες. Οὐ γὰρ εἰ μὴ χρήματα.) Τοῦτο ἀπὸ τοῦ μείζονός ἐστι. φιλεῖ γὰρ ἀκολουθεῖν ἀλλήλοις ἄμφω τὰ ἐπιχειρήματα, τῷ μὲν ἀπὸ τοῦ ἐλάττονος τὸ ἀπὸ τοῦ μείζονος, κἀκείνῳ τοῦτο ὁμοίως. μὴ ἔχων δὲ ἀντιθεῖναι τῷ συμφέροντι ἕτερον συμφέρον ἐκ χρημάτων καὶ κέρδους· τὴν εὔκλειαν καὶ τὴν εὐδοξίαν, τῷ τῶν χρημάτων κέρδει ἀντιθεῖναι πειρᾶται. δείξει δὲ μετὰ μικρόν, ὅτι οὐδὲ κέρδος προσγίνεται.

Ὅτι τοίνυν.) Ἄλλος τόπος εἰς τὸ αὐτὸ ἐπιχείρημα, ἀπὸ τοῦ μείζονος. ὅταν δὲ πλειόνων εὐπορῇ τόπων, οὐ φείδεται. ἔστι δὲ ὁ μὲν πρότερος τόπος ἐξ ἐνθυμήματος· ὁ δὲ ἐντεῦθεν, ἐκ παραδείγματος.

Λέγονται χρήματα.) Ἔστι μὲν τὸ παράδειγμα ἱστορικὸν πρὸς πίστιν τῶν προειρημένων εἰλημμένον. ὅσην δὲ ἔχει, καὶ δεινότητα καὶ χάριν, ἄξιον συνιδεῖν. πρόσωπον δὲ ἔλαβε τῶν τριάκοντα τῶν λελυπηκότων, ἵνα φαίνηται ἡ πόλις πολλάκις, καὶ ὑπὲρ αὐτῶν τῶν πολεμίων αἱρουμένη προΐεσθαι. καὶ τὸ δριμὺ τοῦ ἐπιχειρήματος, ὅτι ἐδανείσαντο κατὰ τῆς πόλεως, καὶ παρά τινων πολεμίων ἑτέρων ἐπὶ τοὺς ἐν Πειραιεῖ. τοῦτο δὲ κατὰ τῶν δημοτικῶν τῶν κατειληφότων τὸν Πειραιᾶ. καὶ προσέθηκε τὸν χρόνον,

καὶ τὸν

καὶ τὸν τόπον, ἵνα καὶ τὴν χρείαν δηλώσῃ, ὅτε ὑπὲρ τῆς ἐλευθερίας ὁ δῆμος ἐκ πειραιῶς ἠγωνίζετο. οὕτω πανταχόθεν ἡ αὔξησις, ἐκ τῶν τόπων, ἐκ τῶν πράξεων, ἐκ τῶν προσώπου. ἐπειδὴ δὲ ἡ πόλις εἰς ἓν ἦλθε. μιᾶς ἐγένετο γνώμης. διπλῆ γὰρ ἦν στασιάζουσα· ἔκρυψε δὲ τὰ δεινὰ τῶν γεγενημένων· μὴ βουληθεὶς ἐμπομπεῦσαι ταῖς τῆς πόλεως συμφοραῖς. οὐδὲ γὰρ τοῦτο πρόκειται. ἀλλ' ἐπίδειξιν ποιήσασθαι βούλεται τοῦ τῆς πόλεως ἤθους. καὶ ὅπως ἐν ἁπάσαις ἐστὶν ἀεὶ κρείττων χρημάτων. τὴν δὲ αἰτίαν εἴρηκε τοῦ μὴ ἐκ δέους παρεσχηκέναι τὸν δῆμον· ἀλλ' ὅμως ἀδικηθεῖσα, καὶ τὴν ζημίαν αἱρεῖται. οὐ γὰρ ἀνάγκῃ καὶ φόβῳ φαίνεται ὁ δῆμος διδούς, ἀλλὰ προαιρέσει νικώμενος. εἰ γὰρ καθεστηκότων τῶν πραγμάτων ἀπῄτουν τὰ χρήματα· τίς ἦν ἀνάγκη τὸν δῆμον διδόναι, μὴ ὀρρωδοῦντα; οὕτως οὐ χρημάτων πώποτε πλεονεκτεῖν, ἀλλὰ δόξης βούλεται.

καὶ τὰ πράγματα ἐκεῖνα κατέστη.) τὰ τραγικὰ καὶ φρικώδη, τὰ τυραννικά, ὧν εὐλαβοῦμαι τὸν ζῆλον, καὶ τὴν μνήμην ἀπεύχομαι.* Πρέσβεις πέμψαντες.) Ἁπλοῦν τὸν λόγον πεποίηται· ἵνα μὴ φαίνηται παρὰ λακεδαιμονίων τις φόβος. ἐν ἤθει δὲ τὸ τοῦ λόγου, πέμψαντες ἀπῄτουν, ὥσπερ ἰδιωτῶν πρὸς ἰδιώτας ὄντος τοῦ συναλλάγματος.

λόγων δὲ γινομένων.) οὕτως ἡ πόλις ἦγεν ἄδειαν καὶ πόρρω τῶν φόβων ἦν· καὶ ἡ τῶν προδανεισαμένων δὲ ἧττα, παντάπασιν ἀναιρεῖ τοῦ φόβου τὴν ὑπόνοιαν.

τοὺς ἐξ ἄστεος.) τοὺς τυραννικούς. αὐτοὶ γὰρ εἶχον τὸ ἄστυ. εἶτα διὰ ζημίας χρημάτων οὐκ ἀνεχόμενοι ψεύσασθαι νῦν ἄνευ δαπάνης ψευσόμεθα; κἀκεῖ μὲν τοὺς ἀδικοῦντας προσέθηκεν· ἐνταῦθα δὲ τοὺς εὐεργέτας ὠνόμασε. τῶν δὲ, τοῦτο πρῶτον.) οὕτως ὑπὲρ αὐτῶν ἐφοβοῦντο μᾶλλον· καὶ ὁ δῆμος οὕτως αὐτοῖς φοβερός. οὐ γὰρ προσδοκῶντες παρὰ λακεδαιμονίων τὴν συμμαχίαν, ἠξίουν τὸν δῆμον πίστιν δοῦναι τῆς εἰς αὐτοὺς εὐνοίας, τὴν καταβολὴν τοῦ δανείσματος. φασὶ τὸν δῆμον ἑλέσθαι.) οὕτως ἐκ προαιρέσεως, καὶ οὐ διὰ φόβον εἵλετο κοινωνεῖν τοῦ δανείσματος. διὰ δὲ τοῦ καὶ συνεισενεγκεῖν ἑλέσθαι τὴν ὑπερβάλλουσαν τοῦ δήμου προαίρεσιν ἐνέδειξε διὰ τῶν ὀνομάτων. οὐκ ἀνάγκης, φησίν, ἐπειγούσης οὐδεμιᾶς, ὁ δῆμος εἰσήνεγκεν οἴκοθεν· οὐκ ἐξ ἀκροπόλεως ἐκ περιουσίας λαβών.

ὥστε μὴ λῦσαι τῶν ὡμολογημένων.) ἵνα φαίνηται μὲν πρὸς τὴν παροῦσαν ὑπόθεσιν ἑλκομένη χρησίμως ἡ ἔννοια. περὶ γὰρ τοῦ μὴ δεῖν λύειν τὰς δεδομένας δωρεὰς ὁ ἀγών.

τὸ μὲν τοίνυν τῆς πόλεως.) τὸ ἐπιχείρημα ἀπὸ τοῦ ἐναντίου. δείκνυσι δὲ ὅτι οὐ λυσιτελεῖ ὁ νόμος, τὸ φυλακτήριον τῆς πόλεως διαφθείρων· καὶ διορίζεται, ὅτι ἐν μὲν ταῖς δυναστείαις, κολακείας ἆθλόν ἐστιν ἡ τιμή· ἐν δὲ ταῖς δημοκρατίαις, καθαρεύει τοῦ αἰσχροῦ. κἀκεῖ μὲν ὁ φόβος μείζων τῆς χάριτος· παρ' ἡμῖν δὲ ἡ δωρεὰ παντὸς δέους ἀπήλλακται.

τὸ δὲ, τοῦ θέντος τὸν νόμον.) ὑφειμένῳ ἔοικεν· οὐ μὴν ἀπήλλακται τοῦ πικρὸν εἶναι. οὔτε γὰρ τὸν ἔπαινον καθαρῶς ἀποδίδωσιν, οὔτε ψέξαι τετόλμηκεν. οὕτω τὸ ἦθος τῷ πραγματικῷ συμπέπλεκται.

νομίζω τοίνυν ὑμᾶς, ὦ ἄνδρες δικασταί.) τὸ ἐπιχείρημα ἐντεῦθεν ἀπὸ τοῦ ἴσου. ὅρα δὲ πῶς ἐφ' ἑκάστῳ προοιμιάζεται. εἰ γὰρ διὰ μακρῶν τῶν ἐννοιῶν, ἀλλ' οὖν γε ὅμως προοιμιάζεται. ἡ δὲ ἰσότης, ὅτι δίδομεν δωρεάς· καὶ αἱ λοιπαὶ δὲ πολιτεῖαι διδόασι. καὶ τάχα διαφερούσας τῇ τῶν χρημάτων περιουσίᾳ. ᾧ δὲ πλεονεκτεῖν δοκοῦμεν ἡμεῖς, τῇ πίστει λέγω, τοῦτ' ὁ νόμος ἀφαιρεῖσθαι βιάζεται. ὁρᾷς ὅτι διὰ πάντων τούτων τῶν ἐπιχειρημάτων, κἂν δοκῇ τὸ δίκαιον ἐργάζεσθαι, πρὸς τὴν ἀντίθεσιν ἀγωνίζεται.

A Addit & tempus & locum, vt & vſum pecuniæ indicet: cum populus pro libertate ex Piræeo pugnaret. Secundique amplificat, à locis, ab actionibus, à perſonis. Poſtquam verò ciuitas conuenit.) Vbi vno animo conſenſit. Duplex enim fuit, cum ſeditione laboraret. Diſſimulauit autem atrocitatem factorum, ne inſultaret vrbis calamitatib.) neq; enim id ei propoſitum eſt) ſed demonſtrauit mores ciuitatis, quæ nunquam pecunia vincatur. Cauſam item exponit: non ex metu præbitam à populo pecuniam, ſed eum quanquam affectum iniuria, etiam damnum facere non recuſaſſe. Apparet enim, non neceſſitate & metu dediſſe populum: ſed ſua voluntate coactum. Cum enim ea conſtitutis rebus repeteretur, quæ neceſſitas reddere cogebat, nihil metuentem? Ita nunquam abundare pecunia ſtudet, ſed gloria.

Et res illę conquieſſent.) Tragicę & horrendę, tyrannicæ illę, quarum *emulationem horreo, quarum memoriam deprecor.

B Miſſis legatis.) Simplicem facit orationē, ne quod à Lacedęmoniis imminere periculum videatur. Forma autem orationis, geſtum habet: miſerūt, inquit, qui repeterent: quaſi contractus inter homines priuatos interceſſiſſet.

Cum autem verba fierent.) Adcò imperterrita & à metu procul erat. Quin & eorum qui mutuati fuerant.* cauſa, omnino tollit metus ſuſpicionem.

Vrbanos.) tyrannicos. Hi enim tenebant vrbem.* Et cum propter iacturam pecunię mentiri non ſuſtinuerimus: nunc ſine ſumptu mentiemur? ac illic quidem Sontes appoſuit: hic verò Bene meritos nominauit.

His verò hoc primùm.) Sic de ſe magis erant ſoliciti, & ſic populus magis eis erat terrori. Neq; enim ſi Lacedæmoniorum ſocietatem expectaſſent, poſtulaſſent, vt populus ſuę in eos beneuolentię, tanquam pignus daret ęris alieni diſſolutionem.

Aiunt populum maluiſſe.) Sic de induſtria, & non C propter metum, voluit æris alieni eſſe ſocius. Verbis autem, Vnà conferre, & maluiſſe, ſingularem populi voluntatem declarauit: Non vlla, inquit, vrgente neceſſitate, populus è ſuis ædibus contulit, non ex arce & copiis acceptam pecuniam.

Ne qua res in pactis deſideraretur.) Vt ad præſentem cauſam ſententia vtiliter accommodetur. Hic enim de non reuocandis datis donis agitur.

Ac Reipublicę quidem.) Argumentum à contrario. Oſtendit autem non conducibilem eſſe legem, cum Reipublicæ cuſtodiam corrumpat: & declarat, in potentatibus adulationis eſſe præmium, honorē: in Democratiis, ſeiunctum à turpitudine. illic, metū eſſe beneficio maiorem: apud Athenienſes munus eſſe omni formidine liberum.

Eius qui tulit legem.) Speciem habet lenitatis, non tamen caret acerbitate. neque enim laudem illi planè tribuit, neque reprehendere audet: ſic lene & acre inter ſe implexa ſunt.

Exiſtimo autem vos iudices.) Argumentum hoc ſumitur à pari. Sed vide vt in ſingulis præfertur. Etſi enim breuibus ſententiolis, nihilominus tamen præfatur. Paritas autem hæc eſt, damus munera. & reliquę reſpublicæ dant, pecuniæ fortaſſe copia potiora: quo verò præſtare nos videmur, fide inquam, id nobis eripere iſta lex contendit. Vides vt per hæc argumenta omnia, tametſi iuſtum tractare videatur, contra obiectionem pugnet.

non eſſe quæ data ſint, eripienda: vt tametſi videatur aliquid vtile polliceri Leptines, at populus propter probabilem rationem id miſſum faciat.

Fortaſſis autem.) Antè ſuſtulit in confirmationib⁹ obiectionis vim, ac magis adeò dubitatione eneruauit eam, prætereáque in multas particulas comminuit. Multum enim ad deſtruendum valet, diſpertiri aliquid, cum & congeries amplificationem excitet. deinde cauillatur in verbis, vt oſtendat, mentiri Leptinem. calumniã enim antè obiectionem cõmouit, vt firmiſſima Leptinæ ratio ſuſpecta fieret, & * inuentio. Qui enim alia ſcribit, alia loquitur: parũ habet autoritatis. Cum enim Leptines in lege apertè dicat, Vt ditiſſimi obeant munera: & per hoc ſignificet, diuites obire munera fortaſſis, ſed non ditiſſimos, propter immunitates: id orator mutat, & non, vt argumentum poſtulat, dicit, pauperibus diuitum loco ſumptis: vt vim legis cõuellat, per diuitum appellationem. Contraria enim ad ſuam vtilitatem inuenit, vt ex ſententia & ſignificatione auditor mentiri Leptinem deprehendat, qui nunc in pauperes inclinata dicat eſſe onera: nũc rurſus ſuperlatiuè dicat: Vt ditiſſimi munera obeant. Opponuntur enim nõ aptè pauper & ditiſſimus, ſed pauper & diues, diues item & ditiſſimus. Sumpta igitur eſt obiectio à capite vtilitatis, qua parte Leptines plurimum valet: nec obiectionum vlla magis Demoſtheni incommodat quàm hæc. Quapropter etiã viis variis eſt vſus, nunc antè ſoluendo, nunc calumniando, nunc verbis artificioſè collocandis. Hanc enim ſi ſoluerit, firma erit reliqua oratio. In hanc enim rationem & hanc pollicitationem auditor intuitus, accepit legem: & non vt putarunt quidam, ea obiectione continetur oratio, quam multis in locis ponit: Quoſdam ex indignis adeptos immunitatem. Illam enim introducit ſuæ vtilitatis cauſa, ad ſuam legem maturè confirmandam. hanc verò ſolam difficilem & aduerſantem habet. propterea non auſus fuit eam in prima acie collocare.

Eſt autem.) Non potuit firmitatem ſtatim tollere. Aſſentitur igitur & ipſe verbis, cum expeditè refragari non poſſit, onera in ditiſſimos tranſlatum iri. Sic probabile videbatur aliquid & vtile præ ſe ferre Leptines. Quare etiam via indiget firma ad refutationem. Quæ igitur ea via eſt? Partitur onera in perſonas bifariam, ſeorſim & inquilinis & ciuibus poſitis. Multum enim ad deſtruendum valet multitudinis partitio, quemadmodum & congeries amplificationem continet: eodémque modo rurſus & in * ſimilitudinibus vtilis nobis eſt hæc obſeruatio. Nam illic etiam diuidendo naturam rerum, magnum aliquid facere poſſumus. Hic igitur etiam onera diuiſa deſtructionem ferunt: neque quicquam prohibet, quominus idem præceptum & deſtruat & augeat: ſed diuerſa ratione. Nam & quantitas poteſt tum amplificare, tum extenuare. Refutat autem artificio conceſſionis, quam vocant *ἀντιπαράστασιν*. Aſſentiendo enim Leptinæ verbis, partitione ſtudet orationis diligentiam celare, quaſi ea non ſpecioſa, ſed vera ſit.

Sunt enim profectò apud vos.) Alexander in enarratione ait, oportuiſſe in feſtis & celebritatibus ciuitatis, neque hoſpites neque inquilinos remotiſſimos eſſe à voluptate.

A ὅπου δεῖ τὰ δεδομένα ἀφαιρεῖσθαι, ἵνα, κἂν φαίνηται τὸ συμφέρον ἐπαγγελλόμενος ὁ Λεπτίνης, ἀλλ' οὖν γε ὁ δῆμος διὰ τὸ εὔλογον ἀφίησι.

τάχα τοίνυν ἴσως.) προανῄρηκεν ἐν ταῖς κατασκευαῖς τῆς ἀντιθέσεως τὴν ἰσχύν. ἐξέλυσε δὲ πλέον τῷ διστάγμῳ αὐτήν. πρὸς δὲ, καὶ κατακερματίσας εἰς μέρη πολλά. μέγα γὰρ εἰς καθαίρεσιν τὸ καταμερίσαι· εἴγε καὶ ἀθροισμὸς ἐγείρει τὴν αὔξησιν. εἶτα κακουργεῖ τοῖς ὀνόμασιν· ἵνα δείξῃ τὸν Λεπτίνην ψευδόμενον. διαβολὴν γὰρ περὶ τῆς ἀντιθέσεως κεκίνηκεν· ἵν' ὁ ἰσχυρότατος Λεπτίνου λόγος, ὕποπτος γένηται καὶ ἡ * εὕρεσις. ὁ γὰρ ἕτερα μὲν γράφων, ἕτερα δὲ φθεγγόμενος, ἀνίσχυρος. τοῦ γὰρ Λεπτίνου λέγοντος ἐν τῷ νόμῳ διαρρήδην, ὅπου ἂν οἱ πλουσιώτατοι λειτουργῶσι· καὶ διὰ τούτου σημαίνοντος, ὅτι πλούσιοι μὲν λειτουργοῦσιν ἴσως· οὐ μὴν οἱ πλουσιώτατοι, διὰ τὸ τὰς ἀτελείας ἔχειν· τοῦθ' ὁ ῥήτωρ μεταβαλὼν, οὐ κατὰ τὸ ὑποκείμενον λέγει. πένητας ἀντὶ πλουσίων λαβὼν, ἵνα φαίνηται τὴν ἰσχὺν ἐξελέγχων τοῦ νόμου (λέγω δὲ διὰ τῆς τῶν πλουσίων προσηγορίας. B ἐναντία γὰρ πρὸς τὸ συμφέρον εὑρίσκει) καὶ ἐκ ταύτης τῆς ἐννοίας καὶ τῆς προσηγορίας ὁ ἀκροατὴς ψευδόμενον Λεπτίνην λάβῃ· νῦν μὲν εἰς πένητας ἀνθρώπους τὰ τῶν λειτουργιῶν ἔρχεσθαι λέγοντα· νῦν δὲ πάλιν ὑπερθετικῶς, ὅπως ἂν οἱ πλουσιώτατοι. ἀντίκειται γὰρ οὐκ ἀκολούθως ὅ, τε πένης, καὶ ὁ πλουσιώτατος· ἀλλ' ὁ μὲν πένης πρὸς τὸν πλούσιον· ὁ δὲ πλούσιος, πρὸς τὸν πλουσιώτατον. ἔστι τοίνυν ἡ ἀντίθεσις ἀπὸ τοῦ συμφέροντος κεφαλαίου· καὶ ταύτῃ μάλιστα Λεπτίνης ἰσχύει· καὶ ἡ ταράττουσα μάλιστα τὸν Δημοσθένην τῶν ἀντιλογιῶν, ἡ παροῦσά ἐστι. καὶ διὰ τοῦτο καὶ μεθόδοις πολλαῖς ἐχρήσατο· νῦν μὲν προλύων, νῦν δὲ διαβάλλων, νῦν δὲ τεχνικῶς τιθεὶς τὰ ὀνόματα. εἰ γὰρ ταύτην λύσειεν, ἰσχυρὰ τὰ λοιπὰ τοῦ λόγου. εἰς γὰρ τοῦτον τὸν λόγον καὶ ταύτην τὴν ὑπόσχεσιν ὁ ἀκροατὴς ἀπιδὼν, ἐδέξατο τὸν νόμον. ἀλλ' οὐχ ὡς ᾠήθησάν τινες ἐκείνην τὴν ἀντίθεσιν συνέχειν τὸν λόγον. ἣν πολλαχοῦ τίθησιν, ὅτι C ἀνάξιοι τῶν εἰληφότων τυγχάνουσιν. ἐκείνην μὲν γὰρ εἰσάγει τοῦ οἰκείου χρησίμου ἕνεκα, προοικονομῶν τὸν οἰκεῖον νόμον. ταύτην δὲ μόνην χαλεπὴν καὶ ἀνταγωνιζομένην ἔχει. διόπερ οὐκ ἐθάρρησεν αὐτὴν προαγωνιστοῦσαν θεῖναι. ἔστι δὲ τοῦτο.) οὐκ ἠδυνήθη τὸ ἰσχυρὸν εὐθὺς ἀφελέσθαι. συγκατατίθεται οὖν καὶ αὐτὸς τοῖς λεγομένοις· οὐκ ἔχων ῥᾳδίως ἀντιλέγειν, ὅτι μεταστήσονται εἰς τοὺς πλουσιωτάτους αἱ λειτουργίαι. οὕτω πιθανόν ἐδόκει τι καὶ συμφέρον προτείνειν Λεπτίνης. διὸ καὶ μεθόδου δεῖται ἰσχυρᾶς πρὸς τὴν λύσιν. τίς οὖν ἡ μέθοδος; μερίζει τὰς λειτουργίας κατὰ πρόσωπον δίχα, τοῖς τε μετοίκοις ἰδίᾳ, καὶ τοὺς πολίτας τιθείς. μέγα γὰρ εἰς καθαίρεσιν ὁ τοῦ πλήθους μερισμός. ὥσπερ αὔξησιν ὁ ἀθροισμὸς παρέχει· ὡς καὶ πάλιν ἐν ταῖς παραβολαῖς χρήσιμον ἡμῖν τὸ θεώρημα. καὶ γὰρ κἀκεῖ μερίζοντες τῶν πραγμάτων τὴν φύσιν, μεγαλοποιεῖν δυνάμεθα. κἀνταῦθα δὲ μεριζόμενα τὰ τῶν λειτουργιῶν, καθαίρεσιν φέρει. καὶ οὐδὲν κωλύει τὸ αὐτὸ θεώρημα, καθαιρεῖν καὶ αὔξειν, κατὰ διάφορον λόγον. καὶ γὰρ ἡ πηλικότης οἶδεν αὔξειν τε καὶ μειοῦν. λύει δὲ τὰ κατὰ συνδρομὴν θεωρήματι, ὅπερ καλοῦσιν ἀντιπαράστασιν. συγκατατιθέμενος γὰρ τοῖς λεγομένοις ὑπὸ Λεπτίνου, βούλεται δῆθεν διὰ τοῦ μερισμοῦ, τὴν ἀκρίβειαν τοῦ λόγου λαθεῖν, εἰ καὶ μὴ φαινόμενός ἐστιν, ἀλλ' ἀληθὴς ὁ λόγος.

εἰσὶ γὰρ δήπου παρ' ὑμῖν.) Ἀλέξανδρος μὲν ἐξηγούμενός φησιν, ἔδει πανηγυριζούσης τῆς πόλεως, μήτε τοὺς ξένους μήτε τοὺς μετοίκους πορρωτάτω τῶν ἀπολαύσεων καθεστάναι.

ἐχο-

ἐχορήγουν τοίνυν καὶ αὐτοὶ δηλονότι, καὶ ἑστίων ἀλλήλους· A ἵνα μηδεὶς ἄμοιρος ᾖ κατὰ τὴν πόλιν τῆς μετουσίας τῶν ἑορτῶν. δόξειε δ' ἂν μᾶλλον ὁ Δημοσθένης διὰ τῆς ἐπαγομένης ἐννοίας πρὸς τὴν ἀντίθεσιν ἀπαντῶν, ἰσχυροτέραν αὐτὴν ποιεῖν. τί γὰρ ἕτερον εἶπε Λεπτίνης, ἢ ὅτι πολλοὶ τῶν μετοίκων καὶ τῶν πολιτῶν, ἔξω λειτουργιῶν καθεστᾶσι, τὴν ἀτέλειαν ἔχοντες; οὐ μὴν οὕτως ἔχει. ἀλλ' εἰς τὸν μερισμὸν μεταβιβάζει τὸν ἀκροατήν· ἵνα καθ' ἑκάτερον μέρος ἡ ἀπόδειξις εὐμαθεστέρα γίνηται. εἶτα καὶ διὰ τῶν μετοίκων τὴν ἐκ περιουσίας λειτουργίαν δείκνυσι. ζητεῖ γὰρ ἡ πόλις, οὐκ εἴ τις μέτοικος χορηγήσει, ἀλλ' εἴ τις πολίτης τῇ πόλει.

ὡς ἑκατέροις ἐστὶ τοῖς εὑρημένοις.) ὡς ἀντικαταλλαξαμένης τῆς πόλεως πρὸς τοὺς εὐεργέτας τὴν χάριν. εὑρέσθαι γάρ ἐστι τὸ λαβεῖν ἀνθ' ὧν τις ἔδωκεν.

τῶν γὰρ εἰς τὸν πόλεμον.) δύο διὰ τῆς ἐννοίας ταύτης ἀνύσει, ἓν μὲν ὅτι οὐδεὶς ἀτελὴς τῶν εἰς τὸν πόλεμον. ὥστε χρησίμους φαίνεσθαι ταύτῃ τοὺς εἰληφότας τὴν ἀτέλειαν B περὶ ὧν ὁ πολὺς Λεπτίνου λόγος. ἕτερον δέ, ἵνα μή τις οἴηται, τὰς λειτουργίας τὰς αὐτὰς εἶναι ταῖς εἰσφοραῖς καὶ τριηραρχίαις. τὸ δὲ ἣν οὗτος ἀφαιρεῖται τεθέν, τοῦ βιαίου καὶ τῆς ἀδικίας πλείστην ἔμφασιν ἔχει. ἀφαιρεῖται γάρ τις ἐκείνων, ὧν μή ἐστι κύριος οὐ κατὰ νόμον λαμβάνων, ἀλλὰ πολεμίων τρόπῳ χρώμενος· οὐδ' οἷς οὗτος ἔγραψε πρὸς σύστασιν τοῦ οἰκείου νόμου τοῦτό φησιν. εἰ γὰρ αὐτὸς ὁ Λεπτίνης τούτους ἀνῆκε τῷ νόμῳ· εὔδηλον ὡς οὐχὶ λειτουργίαι τῶν πολεμίων γίνονται. οἱ μὲν τοίνυν πλουσιώτατοι.) μερίσας τὰς λειτουργίας εἴς τε τοὺς πολίτας καὶ τοὺς μετοίκους, καὶ ταύτην κατ' ἐρώτησιν ἐργασάμενος, ζητεῖ καθ' ἑκάτερον μέρος, πόσους εἰσποιεῖ Λεπτίνης, καὶ πόσους τῶν πενήτων ἀφίησιν. εἶτ' ἐπὶ τούτοις ἐξαίρει τοὺς πάνυ πλουσιωτάτους, ὡς εἰς τὰς τριηραρχίας νενεμημένους. οὐκοῦν τὸ μέσον ὑφαιρεθήσεται, τῶν πλουσίων ὑφῃρημένων. οὐκοῦν εὐθὺς ἐξελέγχει τοῦ C νόμου τὸ πρῶτον νόημα, ἐν ᾧ τὸ μέγιστον τῆς ὅλης νομοθεσίας. λέγοντος γὰρ τοῦ Λεπτίνου, ὅπως ἂν οἱ πλουσιώτατοι λειτουργῶσιν· αὐτὸς ἀφαιρεῖται τοὺς πλουσιωτάτους, νέμων ταῖς τριηραρχίαις. ὥστε εὐθὺς ἁλίσκεσθαι ψευδῆ τὸν Λεπτίνην. ἐκεῖ μὲν γὰρ ἀπαντῶν τῷ νόμῳ, ὅπως ἂν οἱ πλουσιώτατοι λειτουργῶσι, λέγει. δείκνυσι δὲ ἡ πολιτεία ψεῦδος ὄν, τὸ τοὺς πλουσιωτάτους λειτουργεῖν, νέμουσα ταῖς τριηραρχίαις αὐτούς. ὥστε πῶς ἂν οἱ πλουσιώτατοι λειτουργήσαιεν; ἡ λύσις δὲ τῆς ἀντιθέσεως κατὰ μείωσιν γέγονε, διὰ τὸ μὴ ἔχειν μὲν τὸν ῥήτορα ἀνατρεπτικὴν ἀντιλογίαν· βιάζεται δὲ ὑπὸ τῆς φύσεως τῶν πραγμάτων εἰς τοῦτο καταφέρεσθαι. εἶτα καὶ τὴν βλάβην εὐθὺς τῇ λύσει συνάπτει. προσθεὶς τοὺς ἅπαντας ἀπίστους πρὸς αὐτοὺς μέλλοντας γίνεσθαι. θήσω τοίνυν ἐγώ.) μετὰ τὴν ἀναίρεσιν, συνδρομή. ἐκ περιουσίας γὰρ ταῦτα λέγει λοιπόν.

φανήσεται γὰρ οὐδὲ πολλοῦ δεῖ.) ἀντὶ τοῦ οὐδὲ αὐτῆς τῆς αἰσχύνης σου ἄξιον. οἷον οὐδὲ ἰσόρροπον τῆς αἰσχύνης, ἀλλ' ἔλαττον κέρδος. ὥστε Λεπτίνης εἰς δόξαν ζημιῶν, οὐδέπω φιλεῖ, ἀλλὰ πονηρεύεται.

ἵν' οὖν τριάκοντ' ἄνθρωποι.) οὐ λέγει τῶν τριάκοντα πλείους. ἀλλ' ἐὰν πολλοὺς δῶμεν ἐσομένους τριάκοντα. ἄνπερ ἡ πόλις ᾖ, πολλοί.) πολὺ τῷ φιλοπόλιδι, καὶ τὸ ἀπὸ τῆς εὐνοίας ἦθος. οὐ γὰρ ἡ δεξιὰ τύχη τῆς πόλεως σπανίζειν ἐάσει γενέσθαι λειτουργιῶν σωζομένης τῆς πόλεως. εἶεν. εἰ δὲ δή.) ἄλλος τρόπος λύσεως ἐντεῦθεν, ὅτι βέλτιον εἰς συντέλειαν ἀγαγεῖν τὰς λειτουργίας. καὶ τῷ καθ' ὑπόθεσιν κέχρηται σχήματι. ἵν' ἐκ περιουσίας καὶ τούτῳ χρώμενος φαίνηται.

Sumptus igitur nimirum & ipſi ſuppeditabãt, & inter ſe conuiuia agitabant: vt nemo qui in vrbe degeret, à feſti communitate excluderetur. Videri autem queat Demoſthenes, dum per ſequentem ſententiã obiectioni occurrit, eam efficere firmiorẽ. Nã quid dixit aliud Leptines, niſi multos & inquilinorum & ciuium, excuſſis oneribus immunitatem obtinere? Verùm non ita ſe res habet. ſed ad partitionem deducit auditorem, vt ex vtraque parte demonſtratio facilius cognoſcatur. Deinde per inquilinos ſuperuacanea munera oſtendit. Quærit enim ciuitas, non an inquilinus aliquis Reipublicæ.

Quorum vtriſque, ſi qui conſecuti ſunt.) Tanquam Reſpublica beneficium cum benemeritis cõmutarit, εὑρέσθαι enim eſt, accipere pro iis quæ dederis.

Eorum enim quæ ad bellum.) Duas res hac ſententia conficit. Vnam, bellicorum tributorum immunem eſſe neminem. Quare hac ratione vtiles apparet eſſe eos, qui immunitatem ſunt conſecuti, qua de re multa verba Leptines facit. Alteram, ne quis putet, hæc munera eadem eſſe cum tributis, & triremium præfecturis.

Quam iſte eripit.) Hoc verbum violentiæ & iniuriæ maximã ſignificationem habet. Eripit enim aliquis illis, quorum non eſt dominus, qui non lege accipit, ſed hoſtili more graſſatur. Nec quos ipſe ſcripſit.) Ad commendationem ſuæ legis hoc dicit. Si enim ipſe Leptines hos miſſos fecit ſua lege, ſatis conſtat non eſſe tributa militaria.

Ac locupletiſſimi.) Diſtributis muneribus in ciues ac inquilinos, & ea diſtributione per interrogationẽ tractata, quęrit in vtraque parte, quàm multos addat Leptines? & quàm multos è pauperibus miſſos faciat? Deinde poſthæc excipit omnium ditiſſimos, vt in triremium præfecturas diſtributos. Medietas igitur coarguit primam legis ſententiam, in qua poſita eſt ſumma totius legiſlationis. Cum enim dicat Leptines, ditiſſimi obeant munera: ditiſſimos ipſe ſubtrahit, & trierarchiis attribuit. Quare mendacij ſtatim conuincitur Leptines. Illic enim occurrens legi vt ditiſſimi obeant munera, inquit. Oſtendit autem Reipublicæ ratio, falſum eſſe, ditiſſimos obire munera, cum illi triremium præfecturis ſint attributi. Quo pacto igitur ditiſſimi obibunt munera? Refutatur autem obiectio per extenuationem, quia nihil habet orator quod contrà dicat, quo ea euertatur: ſed à natura rerum cogitur huc ſe recipere. Deinde damnum cum refutatione ſtatim coniungit: & addit, fore vt nemo omnium fidem eis habeat.

Ponam autem ego.) Poſt rationem cõceſſio. Iam enim hæc ex ſuperuacaneo dicit. Apparebit enim, neque multis eſt opus.) Neque ipſo dedecore dignum. quaſi dicat, non tanti eſt quanti dedecus, ſed minus lucrum. Quare Leptines cum gloria fraudet, non vtique vos amat, ſed improbè facit. Vt igitur triginta homines.) Non dicit plures triginta: ſed ſi demus eſſe multos, fore triginta. Salua reſpublica ſi fuerit, multi.) Magnam ſignificationem dat ciuis reipublicæ amans, amoris & beneuolẽtiæ ſuæ. Neq. enim proſpera fortuna, publica munera negligi ſinet incolumi republica. Eſto, quod ſi ſanè.) Hîc alia eſt refutationis ratio: Præſtare munera conferendo tributo obiri, & fictione eſt vſus, vt ex ſuperuacaneo ea quoque figura vſus videretur.

Deinde iterum eam coniungit comparatione per A extenuationem. In contentionem adducit rem hãc de conferendo tributo, cum pollicitationibus.

